

Postremo, quod difficillimum inter mortales est, gloria
invidiam vicisti. Nunc quoniam mihi Natura finem vi-
te facit, per hanc dexteram, per regni fidem moneo
te obtestorq, ut ea, quae tibi, à Moysè auctoritate Dei
promulgata praecessi, clara habeas; non malis alienos De-
os, alienos ritus adsciscere, aut aliena sacra vetustio-
ribus adungere, quam quae Lege Dei sancita, àq, Majo-
ribus nostris diu observata, retinere. Estoz, et in-
tellige universa, quae facis, et quocunq, te vertit, age pro-
denter. Imprimis autem Sapientia studiosè incende.
Non enim Exercitus, neq, thesauri praesidia regni sunt,
verum Sapientia, quam neq, technis coeere, neq, auro pa-
rare queas: auxilio et spe divina paratur: Nemo
namq, promptior largitor est sapientia, quam Deus.
Hinc, hinc igitur Sapientia fontem adire, hinc ego
saurire, hinc tandem unda mentem imbuerè memen-
to. Na! fontem alium hanc invenies, nec verè sa-
piens audire poteris, nisi per celestis Sapientia gra-
tiam sapiens fueris. Equidem ego reor tibi trado
firmum, si sapiens eris; si minus, imbecillum. Nam Sapien-
tia reona stabiliantur, insipientia miserimè corruunt et di-
labuntur. Ceterum ante reliquos meos filios te Salomo, qui ceteris
te & Sapientia prior es, ne quid portet forte, quod Deo, quodq,
Levibus ac praecipit divinis adversum sit, eveniat, providere de-
cet: nam in omni Imperio, qui religionem arant curast,
etiamsi multos hostes habeat, tutior tamen est, qui plus face-
re videtur, quam alij quis, qui negligit patriae aram. Vos autem
o mei, qui varias mecum fortunat experti, tuq, Sador & Natbar
Vir Dei, imò vos Israëlita omnes, colite & observate hunc talem vi-
rum, Regem vestrum futurum, cernite Sapientiam: Intuemini virtu-
tes ejus. Enitetur is ipse, ut ne meliorem filium diu genuisse, quam
Regem vobis hodie constituisse videar.

Sigismund Ebersbach. Hirschbergâ Silesiæ.

Par
hac,
conju
me
vos
giff
luc
Na
str
, cer
id
om
tam
ria
qu
tos
am
qua
str
str
ria
nat
ger
iet
pos
pro
bea
vior
cit